



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli**

**Kircher, Heinrich**

**Coloniæ Agrippinæ, 1676**

Verba Apocalypseos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39100**

quibus hæc permittuntur , DABO  
ILLI POTESTATEM,in fine mun-  
di hujus, consimilem ei cui cùm dice-  
retur psalmo secundo, Filius meus es  
tu, addita est potestas judicaria; dabo  
tibi GENTES regendas in sceptro

ferreo, per quod CONFRINGE-  
TUR omnis vis fragilis mundana; ET  
DABO ILLI STELLAM MATU-  
TINAM ; quod est mihi assimilari qui  
sum (Apoc.22.16.) stella matutina, &  
confieri Filium Dei.

Tanta ratio reddenda incumbit statui Episcopali : ut quamvis ipse satagat com-  
mendari à fide, charitate, ministerio, patientiâ, & plura prioribus cumulet  
opera; & illorum pars magna similiter faciat qui sunt de ipsius Ecclesia : ad-  
huc propter alios possit habere adversantem D eum, & reus fiat illorum quæ  
cùm sit Episcopus, permittit aut dissimulat !

### VERBA APOCALYPSEOS.

(Caput 3. V.1.) *Et Angelo Ecclesiæ SARDIS scribe : Hæc dicit  
, qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas : Scio opera tua, quia no-  
men habes quod vivas, & mortuus es. (v.2.) Esto vigilans, & confir-  
, macetera, quæ moritura erant. Non enim invenio opera tua plena coram  
, Deo meo. (v.3.) In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, &  
, serva, & pænitentiam age. Si ergo non vigilaveris, Veniam ad te tam-  
, quam fur, & nescies qua hora veniam ad te. (v. 4.) Sed habes pauca  
, nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua : & ambula-  
, bunt mecum in albis, quia digni sunt. (v.5.) Qui vicerit, sic vestietur  
, vestimentis albis, & non delebo nomen ejus de Libro vita, & confite-  
, bor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. (v.6.) Qui  
, habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiæ.*

### I. II.

#### Epistola quinta.

Para-  
phrasis  
Epistolæ  
quintæ.  
Pars pri-  
ma.

1. **A**D Episcopum quinti generis :  
*Exordium. HÆC DICIT  
QUI HABET SEPTEM SPIRI-  
TUS DEI ET SEPTEM STEL-  
LAS. quasi dicat : velim te excitatum,  
cùm Angelorum exemplo Spiritu-*

um, qui nomen geris Angeli & offi-  
cium Præsidis Ecclesiarum : tūm alio-  
rum consortio servido Episcoporum  
sanctorum, qui lucebant aut lucent  
etiamnum.

2. *Narratio. In somno enim es*  
*Pars se-  
cunda.*

*mor-*